

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

Henricus, de Sancto Ignatio

Leodii, 1709

Caput 145. Eandem necessitatem probant omnia divinæ Scripturæ
testomonia, veteris ac novi Testamenti, quibus peccatoris ad Deum
conversio ex toto corde ad peccatorum remissionem exigitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73212)

de mercenariis tuis. Surgam, quia jacebat, & ibo, quia longè aberat, ad patrem, quia sub principe pororum erat. Cum ergo longè esset, sed tamen patrem jam pè quereret per longi itineris difficultatem, in terum omnium egestate, videlicet illum pater ipius, & accurrens ecclid super collum ejus: ubi significaret, quod cum homo incipit agere poenitentiam, illi occurrit Deus per gratianam, inde & prævenit. Et osculatus est illum, per osculum utique charitatis. Quo animatus filius prodigus, à timore servilis, quo concussum fuit, eum adhuc esset in regione longinquâ, transiit in filialem, quem filii habent erga parentes suos. Et jam in Ecclesia constitutis incepit peccata confiteri. Nec tamen dixit omnia quia dicturum se promiserat; sed tantum: pater peccavi in celum, & coram te, id est peccavi in te, & jam non sum dignus vocari filius tuus. Non addidit (quod adhuc existens in timore servilis dixerat) fac me sicut unum de mercenariis tuis. Quia, ut Augustinus ait ibidem, cum panem non haberet, vel mercenarius esse cupiebat; quod post osculum patris generosissime jam dederat. Rœctè proinde insignis Author librorum inscriptorum: Continuation des Essais de Morale, obseruat, quod filius ille prodigus nobis exhibet omnes dotes veri poenitentis. Siquidem à vagis libidinibus, compellebant inedia, in se revertitur, ut recognitet & agnoscat ad quae bona creatus sit, quantumque fit ilorum felicitas, qui Deo albarent ab illa gubernantur, atque pacifuntur. Hac cogitatione stimulatis, metricias detrahunt voluntates, & peccatis, eorumque occasionibus, in quibus jacebat, renuntiat, dicens: surgam, & ibo ad patrem meum. Deinde statutus seipsum accolare, omnemque criminis causam, non more Eva aut Adami, in aliis refundere, sed sibi uni attribuere. Dicam, inquit, peccavi in celum, & coram te. Nec contentus proposito seipsum accusandi, severam quoque in seipsum sententiam vult pronuntiare, declarando seipsum nomine, bono, & bonis, quibus gaudent filii, omnino indignum: jam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut unum de mercenariis tuis. Ut ostendat sui firmatorem propositi, illud exquiratur, & è regione longinquâ rediens, per longi itineris ipsa via non cessat accusare dementiam, patrisque pietatem animo revolvere. Cum autem adhuc longè esset, videt illum pater ipius, & misericordiam suam ecclid, & occurrens ecclid super collum ejus, ut eum in spem recuperanda salutis magis magisque erigeret. Deinde osculatus est eum, ut castum et inspiraret amorem, ne vellet amplius mercenariorum cupiditate pro panibus patri servire, sed caritate filiorum, qua non queris que sua sunt, sed que Iesu Christi.... Hoc prodigus inflammatus amore, exclamat: pater peccavi in celum, & coram te, jam non sum dignus vocari filius tuus. Omisit vero, quod se promiserat dixit: "fac me sicut unum de mercenariis tuis." Ut pote quia osculum expertus, dedigebatur Deo animum servilem aut mercenarium exhibere, aut aliud à Deo petere, quod Deus ipse non sit. Ecce ergo Parabolam Evangelicam, quâ Salvator doceat, poenitentem novâ legi non debere fuisse in servili timore, sed ab eo ad filialem amorem transfire, sicut fecit filius ille prodigus.

CAPUT CXLV.

Eandem necessitatem probant omnia divina Scripturae testimonia, veteris ac novi Testamenti, quibus peccatoris ad Deum conversio ex toto corde ad peccatorum remissionem exigitur.

1697 Probat imprimis illud Ezech. 18.3. Convertimini. & agite paenitentiam ab omnibus iniquitatibus.

Tom. III.

Nun 2

bus vestris, & non erit vobis in ruinam iniqtitas.

Quo testimonio Concilium Tridentinum fess. 14. c. i. probat necessitatem poenitentia pro omnibus. Conversionem vero istam Spiritus sanctus Deuteron. 4. 29. Hierem. 29. 13. Joël. 2. 12. & alibi sive contellatur fieri debere ex toto corde. Atqui conversio ad Deum ex toto corde fieri negat absole benevolo Dei propter se amorem. Primum, quia omnis vera conversione, cordis conversione est. Per amorem ergo est. Neque enim cor propriè convertur, nisi ad id quod propriè amat. Siquidem amor meus, pondus meum. Eo feror, quocumque feror. Augustinus 1. 13. Confess. c. 9. Proprie ergo non convertur, nisi ad id ad quod amore propriè fertur. Propriè vero amore non fertur, nisi ad id quod propriè amat. Nec propriè amat, nisi quod propter se amat. Nihil enim aliud est propriè amare, quam propter seipsum rem aliquam appetere. Idem 1. 83. q. 9. 34. Eiusmodi amor propriè finis est, ut in Ethicis dicitur. Quidquid vero amatut at finis, amatut gratia sui. Amatur proinde propter se. Nemo ergo vere ac propriè convertur ad Deum, nisi qui Deum amat propter Deum. Quisquis enim propter se Deum amat, se, non Deum, vere ac propriè amat. Per consequens vere ac propriè ad se, non ad Deum convertur. Ad id enim vere ac propriè convertur, quod vere ac propriè amat; ad id proinde quod propter se amat.

Secundò, conversione est mortus oppositus aver-
sionis, ut per se patet. Fieri ergo debet oppolito modo. Atqui in omni peccato mortali avertisco fit per hoc quod ratio ultimi finis à Deo in creaturam transferatur, creaturaque plusquam Deus diligatur, ita ut propter amorem creature Deus, Deique amicitia & præceptum contemnatur. Igitur conversio ad Deum fieri debet oppolito modo; rationem utique ultimi finis à creatura in Deum transferendo, Deumque plusquam creaturam diligendo; ita ut propter amorem Dei crea-
tura contemnatur.

Hinc manifeste consequitur, quod vera in Deum 1698
conversione fieri debeat Deum super omnia aman-
do. Quod & pari evidentiâ conficitur ex eo quod
conversione ad Deum ex toto corde esse debet. Quemadmodum enim conversione fine amore esse non potest; sic conversio ex toto corde esse non
potest fine amore ex toto corde, id est super omnia. Nam, ut Mellitus Doctor ait lerm. 2. in cap.
jejunii, totum cor hominis in his quatuor affectio-
nibus est (amore, timore, gaudio, tristitia) &
de his accipientibus puto quod dicitur: "in toto
corde velstro." Conversatur proinde amor tuus,
ut nihil omnino diriga, nisi ipsum, aut certe propter
ipsum. Conversatur etiam ad ipsum simor tuus,
quia perversus est timor omnis, quo metuens aliquid
preferit eum, ant non propter eum. Sic & gaudium
tuum & tristitia aquæ convertatur ad ipsum. Hoc
autem ita fit, si non nisi secundum eum dolas, &
lateralis. Toto ergo corde ad Deum converri, et
nihil perinde vele ac ipsi uniti; nihil perinde ti-
mere, atque ab ipso separari; ac nullo magis do-
lore, quam de offensa ipsius; de nullo magis gau-
dere, quam de ipsius gloria & honore. Quod pro-
ficit et Deum super omnia amare.

Veritatem proinde Petrus Soto adversus articulo Confessionis Wirtemberg. dicit, quodæ testimoniū Ezechieli num. 1697. iudicatum, si recte penetur, & dolorem, & mutationem coris oppo-
situm peccato, & charitatem Dei docet. Veritatem
eniam Joannes à Daventria in responsione Catholica ad art. 1. Confess. Augst. Traum (inquit)
Catholici non sufficiunt ad peccati remissionem, si
peccator tantum timeat, & peccatorum remissionem
sparet, sed quod oporteat eum ex toto corde dolere,
& conversi ad Deum, ita ut non tantum timeat,

sed & diligat Deum. Et Albertus Pighius in collatione Ratisbonae inter Catholicos & Lutheranos habita controv. 7. *Nos omnes cordis paenitentia-*
nem, & de peccatis diligenter, ac dolorem, etiam
magnum & vocem entem, contritionem intelligi-
mus, qualis in potentia salutari requiritur. Qui
enim ex sui tantum amore, sui comitati respectu,
tempe & g. hennae merum, de peccatis dolor proce-
dit, euam quantumcumque vobemus & innatus
fit, non est qui cor contritum facit, & veniam im-
picias. Quid ergo contrito, que pars est Sacra-
menti & contentie? Contritionem (inquit) intelli-
gimus diligenter, & dolorem de
commisso a nobis peccatis, ex corde sincero & in-
timo, atque eo respectu quod divinam illam Majes-
ticem offendimus. Idque ex totius Ecclesiae sensu se-
scribere dicit: Hoc est (inquit) Catholicæ Ecclesie. & *¶ nostræ doctrina de penitentia baptismo*
peccantium. Et revera sic intellexerunt quoque
adversus Lutheranos haec de re, paulo ante Tri-
dendum, circa annum 1540. scripserunt.

1701 *Cum ipsis ergo dicendum, veram ad Deum*
conversionem fieri non posse per solum servilem
*generica merum, neque per solum concupi-
citatem amorem, quo Deus propter se non amat,
sed propter lecomodum seu interest nostrum
dumtaxat. Nam & qui sic timeret (ait Bernardus
epit. 11. ad Carthul.) & qui sic cupit, utrique
pro se agnoscat. Sola que in Christo est charitas non
querit que sua sunt. Quamobrem puto de illa di-
ctum: "Lex Domini immaculata, convertens
*animas;" quod sola videlicet sit, que ab amore suis
& mundi, avertire possit animam. Nec timor quis-
pe, nec amor privatus convertit animam... cha-*
*ritas vero convertit animas.**

Idipsum, ante Bernardum, dixerat Isidorus 1.
*2. de summo bono c. 8. Necesse est omni conver-
so, ut, post timorem, configere ad charitatem Dei*
*debeat. Similiter Author libri de ver. & iust. poe-
nit, apud Augustinum c. 7. Convertitur, qui to-
tus & omnino veritur, qui non tantum panis isti-
met, sed ad bonum Dominum contendere sefirat.*

Denique conversionis motus, motus est profe-
cutionis. Motus timoris, non est motus prosecu-
tionis. Imò motus est fuga (siquidem fuga animi, te-
mor est). Augustinus tr. 46. in Joan. Et motus timoris
est per modum fuga. S. Thomas 2. q. 19. a. 11. Ergo motus timoris non est motus conversionis.

C A P U T C X L V I .

Eandem necessitatem docet Apostolus Paulus.

1702 *P*rimò, dum 1. Cor. 13. dicit: *Si tradidero*
corpus meum, ita ut ardeam: charitatem au-
tem non habuerit, nihil mihi proficeret. Ubi Apolto-
lius loquitor de charitate actuali, ut confitit ex-
*antecedentibus, textuque sermonis, ubi de acti-
bus sermo est, non de solo charitatem habitu: quid*
*enim, nisi actus, hæc verba sonant, charitas pa-
tientis est, benigna est, non querit que sua sunt; omnia*
credidit, omnia sperat, omnia sustinet? Idem
demonstrat antithesis linguarum (de qua ibidem)
si linguis hominum loquar & Angelorum. Loqui
*enim linguis, &c. maxime pertinet ad actum fe-
cundum. Denique de charitate actuali, seu dilec-*
tione Apostolus communiter exponunt Sancti, no-
nominatum Augustinus ferm. 53. de temp. ubi sic:
In omnibus præcepit Deus charitas obsecans principia-
tum, sine cuius perfectione nihil Deo placere posse,
Paulus Apostolus testatur, quia nec martyrum, nec
seculi contemptum, nec eleemosynarum largitionem
sine charitatem officio (nota) quidquam proficere
posse ostendit. Unde & ipse Dominus, a quodam
*Scriba interrogatus, quod esset mandatum maxi-
num? Respondit: Diliges Dominum Deum tuum*
ex toto corde tuo, & ex tota anima tua. Præcepta

verò Dei & mandata de actibus sunt, non de ha-
bitibus, officiumque charitatis actus est, seu ex-
ceptionem charitatis. Unde Chrysostomus homil. 32.
in 1. ad Cor. agens de charitate ab Apostolo ex-
presia loco citato, eam vocat actionem: *Prae-
cera hoc actionem laudare aggregurus;* &c.

Et idem ex hoc loco sancti Doctoris inferunt 1703
baptismum fluminis, sine Dei benevolo super
omnia amore, ad iustificationem & salutem non
magis prodest quam baptismum sanguinis, seu
martyris, ut vidimus l. 2. Quis autem Sacra-
mentum Baptismatis, eadem & Sacramenta Peni-
tentia ratio. Unde Augustinus tract. 6. in Joan.
n. 23. *factum (inquit) Donatistæ, quia pati-
tur morteles: sed pro Donato, non pro Christo.* Vide quomodo patiaris.... Audi quid dicit
Apostolus.... si tradidero corpus meum ut ar-
deam; & utique pro nomine Christi. Sed quia
funt multi, qui jaclanter illud faciunt, non cum
charitate, quia non pro nomine Christi, idem si
tradidero corpus meum ut ardeam, charitatem au-
tem non habuero, nihil mihi proficeret. Charitatem
feyerant Martyres illi, qui in tempore persecutio-
nis pati sunt; charitatem feyerant: ipsi de tumore
& de superbia faciunt. Ubi Augustinus ex alio
Apostoli loco probat Donatistæ fructus morteles
& mortem pati, quia pro Donato, non pro Christo,
& idem non charitate, uti Martyres, sed sumere &
superbia patiuntur. Ubi manifestum est charite-
pati, eis pati ex charitate actuali; sicut pati-
more & superbia, eis pati ex tumore & superbia
actuali. Ex charitate namque actuali Martyres
passi sunt. Charitatem quoque actualem significat
istud pro Christo, pro quo passi sunt Martyres. Et
tract. 6. in Joan. *Qui enim diligunt, eligan-*
tur. Qui vero non diligunt, si linguis hominum
loquantur & Angelorum, fluent arcanum suum,
*& cymbalum tintinni. Et si habuerint propria-
& se ferent omnia sacramenta, &... habuerint*
omnem fidem, ut monte transierant, nihil sunt.
Et si distribuerint omnem substantiam suam, &
*tradiderint corpus suum ut ardant, nihil ei pro-
debet. Dilectio sancti discernit a mundo. Et, ut*
dixerat in tract. 5. dilectio sola discernit inter nos
Dei. & filios diaboli. Signum se omnes signo crucis
*Christi, respondentes omnes atra, canentes om-
nes balaustre, baptizantes omnes... non differen-
tiantur filii Dei a filiis diaboli, nesciabat. Qui*
*habent charitatem, nati sunt ex Deo: qui non ha-
bent, non sunt nati ex Deo. Magnum iudicium,*
magna discessio. Quia quid quis habeat, hoc placet
non habeat, nihil tibi proficeret. Alio si non habeat,
hoc habeat, & impleri legera. Ubi clausula illa,
qui non diligunt, mantente dignat deficitum
charitatis actualis.

Habebat ergo quicquam Sacra menta omnia, ha 1704
beat Baptismum, Exomologem, Eucharistiam,
&c. per ea remissione non accipit et peccatorum,
nisi Deum super omnia diligit. Hanc dilectionem
nisi habuerit, Dominus bonus propitiabitur cum
eis, qui in toto corde regurunt Dominum Deum
Patrem suorum. & non importabit nisi minus
sanctificati sunt (verba sunt Ezechie 2. Paralipon.
30.) per Sacra menta utique incepionem,
dummodo corum sufficiendorum non defuerit
voluntas, sed possibilias. Unde Augustinus lib.
3. qq. in Levit. c. 84. dicit, *invisibiliter iudi-
cationem quibusdam adiussit, atque profuisse, fine*
*invisibilium Sacra menta... videlicet vero sancti-
ficationem fine illa invisibilis posse adesse, non pos-
se proficer. Et si quis in amore casto privilegium,*
ut supplicat absentiam Sacra mentorum, sed in
*Sacra mentis non est virtus, ut divini amoris sup-
plicat absentiam. Nec est in Sacra mentis, uti-
ciant nos communicare passionibus Christi, fine*
amore Christi, juxta illud ejusdem Augustini capi-